

tescunt. Recens erant tum temporis captivitatis memoria; recens nec planè absolutum Templi ædificium; rerum potiebatur Summus Sacerdos; Judæi ab Idololatria immunes, spes suas omnes in Domino collocabant. Singula hæc in historia Judith spectantur; singula etiam hæc in dissipatum Cambysis exercitum quadrant. Plura noverat Author ejus Libri nobis prorsus ignota; plura, quæ nobis negocium facessunt, enigmatica quadam ratione, adjectit.

Hæc à nobis conjecturæ quadam ita asserta sunt, ut nihil veritati & authoritati ejus Libri derogent. Verum constitutæ hypothesis historiam Judith & Holofernis post solutam captivitatem rejiciunt, autem non nihil ex hoc derogatum debite, qua in Ecclesiam, & Sacras Scripturas tene-

mur, observantia, si viam aliquam faciem in eamus, ut tandem aliquid assequamur de implexa admodum historia, accepta eliciatur epocha rei maximè memorabilis, cuius non obscura ediderunt oracula Prophetæ Joel, Michæas, Iffias, Ezechiel, Zacharias; & vetus Hebreorum traditio memoriam conservavit, quemadmodum ex Origene, & Theodoreto in Psalmum 117. intelligimus. Hæc verò omnia Eruditorum censura subiecta volumus. Si Josephus nihil cù dere, sicut & nihil de historia Judith literis consignavit, hujus rei in causa fuisse poterat, quod figuram à veritate discernere nunquam valuit, nec satis assequi veritatem nominis Gog apud Ezechielem, & nominis Nabuchodonosor & Holofernis apud Authorem libri Judith.

IN DANIELEM PROLEGOMENON.

Daniel è genere David Regumque Juda prognatus, in prima adhuc ætatis iuventa anno quarto Joachim Regis Juda captivus Babylonem translatus est. Selectus autem cum tribus aliis sociis, ut in Aula Nabuchodonosoris Principi serviret, liberaliter educatus est. Exculti præ ceteris in omnibus scientiis Chaldaeorum, sapientia sibi plurimum compararunt; & quod caput est, in corruptissima Aula, morum sanctimoniam servarunt, nullà contractâ labe in tantum, ut à cibis etiam è Regia mensa sibi concessis abstinerent.

Primum Sapientia Danielis specimen exhibuit innocentia Susanna contra obtrectorum calumnias asserta, simul & vindicata (a). Ingentem sibi ex ea re viri Sapientis famam apud fratres suos Babylone comparavit, cum interim aliud accidit, quo idem sibi nomen in Aula & apud viros Sapientes ejus Regionis periperit. Nabuchodonosori per quietem obiecta est species ingenitus Colossi variis metallis confitati, qui avulso quodam è monte lapide penitus confractus, in cineres favillæ redactus est (b). Summa erat Chaldaeorum in somniis obseruandis superflitio, quod studia sapientum ejus gentis omnia collimabant. Exciderat Principi somnum; quare non interpretationem tantum à Sapientibus exquireret, sed ut sibi pariter in memoriam revocarent, quid possissimum per quietem speculasset. Cum impossibilia exigeret, omnes capitali supplicio damnati sunt. Daniel re intellecta, statim ad Regem convolat, cui & expone somnum, expositumque interpretari unum idemque. Acclamare viro Nabuchodonosor, summis honoribus cumulare, Pra-

fecit provinciæ Babylonie constituto, & Principe Sapientum Divinorumque omnium apud Chaldeos.

Prospexit suâ inflatus Nabuchodonosor, Deum è mente excusaret, tum & omnem rerum à se gestatum sibi gloriam usurpabat. Accidit inter hæc, ut per quietem proceram quandam arborem statim dejectam, concisamque spectaret, cuius radix in terra maneret, truncus verò sericei æneisque vinculis constringeretur (c). Accitus illio ad interpretationem somni Daniel, Regi annunciat, ingens aliquid malum in ejus caput imminet; sciret proinde in brutum reducendum esse, & ex Aula pellendum, quare, ait, peccata tua eleemosynæ redime. Viri mortui surdis auribus exceptit; quare cùm die quādam Babylonem respectans Nabuchodonosor de illa à se auctâ ornataque sibi plurimum gratularetur, continuo fidâ sibi voce audivit, è consortio hominum Regnoque abigendum se, mox ad carpendas herbas in bovis morem redigendum. Diuersa sua fides; namque subitâ vi morbi emota mentis factus Nabuchodonosor, bellæ morem indolemque induit. Extorris igitur ex Aula Urbeque, septennii vitam errabundus in bellæ morem traduxit.

Septuaginta elapsa, Regnum recepit, atque aureâ statuâ consecrata, mandavit, ut cùm primum musicorum instrumentorum concentus intreperaret, prostrati omnes qui cum imperio suo parerent, Idolum adorarent (d). Aberat facilè Daniel, ejus verò socii iussionibus Regis morem gerere rebusantes, in formacem ardente conjecti sunt, quanquam in medio ignis incolumes servarentur. Prodigii granditatem admirans Nabuchodonosor, Judeorum reli-

cgio-

a Daniel.13.

b Daniel.2.

d Daniel.3.

h Ezechiel.28.
3.

In Danielem Prolegomenon: 601

gionem edito commendavit, in quo simul & somnum excise arboris, & quæ deinde fecuta sunt, posteritis memorie commendavit (e).

e Dan.3. 58.
Eze. Et 4. 1.
Eze.

f Daniel.7.

g Dan.8.

Evilmerodachus filius Nabuchodonosoris, patrio Regno adito, nihil de favore in Danielem remisit. Biennio, iuxta Berosum, regnavit; viduatumque ejus morte imprium habuit Balthassar ejus filius, cuius Regis tempore plurima per visum Daniel spectavit. Primo igitur sub ipsum Balthassaris Regni initium quatuor animalia è pelago emergentia vidi, quibus portendi intellexit quatuor Imperia proximè ad Chaldaum Imperium succedentia (f). Secundum hæc, per hircum & arietem cornibus feso mutuò impetentes, in somnis sibi objectos, designari intellexit, hirco quidem Alexandrum Magnum (g), arietè verò Darium, Regum Persarum potremus ab Alexandre vicium.

Lanto convivio quodam Balthassar Regni Magnates viros pariter & feminas exceptit; largiorique vino incalefcentis, iussi afferrati vasa Templi Jerozolymitan olim à Nabuchodonosore Babylonem translata. Cùm igitur convivis in sacris vasis ministraret, subitò obiecta manus species hec in pariete grandioribus characteribus scripsit: *Mane, Thobel, Pharez*. Arcanis notis evolvendis accitus Daniel, prodidit imminentem necem, atque Regni in alium virum Regem translationem. Nec oracula fides diu desiderata est; cùdem enim nocte Balthassare occiso, Darius Medus, alio nomine Astyages, regnavit. Sub eo Rege integra manserunt omnia ab aliis Danieli collata, quin & plurimum auctæ dignitates & munera.

Ad illud tempus spectant visiones Danielis in cap. 9. & 10. & 11. & 12. expressæ. Angelus Gabriel Propheta per visum aperuit mysterium Septuaginta hebdomadum, quæ annis non diebus constabant, iisque evolutis Messias nisi tradendus erat, sacrificia ac Legis ceremoniæ abolenda. Prophetæ deinde oculis objecta sunt mala ab Antiocho Juda in inferenda, quibus sanè præsignabatur, quid sibi ab Antichristo Ecclesia Iesu Christi timendum esset.

Dario Medo vitâ functo, Cyrus in secundum Imperia Persarum & Medorum conciliavit. Ejus edito patrias sedes repetendi data Judæis facultas. Sed Daniel Babylonie mansit, cui nihil pristini honoribus & dignitatibus sub Cyro detractum est. Ad eum Regem spectant historia Dei Belis & Draconis à Daniele occisi, de qui bus in cap. 15.

Danielis fama, ipso etiam supersite, increbuerat adeò, ut proverbio usurparetur: quod ab Ezechiele in Regem Tyri per ironiam dictum novimus: *Ecce sapientiores tu Daniele* (a). Ipsius etiam Dei dignum de viro elogium legimus Ezechielis 14. 14. 20. *Etsi fuerint tres viri ipsi in medio ejus, Noe, Daniel, & Job, ipsi iustitia suâ liberabunt animas suas.* Eudem Prophetam comparat Grotius Metrodoro Sepensis, viro Regi Mithridati adeò laudat Ezechiel 14. 14. 20. & 28. 3. Quicunque Canone Scripturarum digerunt, suum illi inter Prophetas locum derunt. Matthias Macchabæus Danielum ejusque tres foci non sine honoris elogio commemorat [l]; & quod caput est, Jesus Christus Matt. 24. 15. & Marc. 13. 14. Daniel aditio Prophetæ titulo laudat. *Abominationem desolationis, quæ dista est à Daniele Prophetæ.*

Joseph Antiq. 1.10. c.12. ita virum commendat: *Omnis eximia felicitas ut Prophætæ excellentissimo contigit, & viventi tam apud Regem, quam apud populum gratis;* & post obitum sempiternam memoriam conservato. Libri ejus, quos conscriptos reliquit, etiam nunc apud nos leguntur, qui nobis certani fidem faciunt, quod Deus cum eo eloquia miscuerit. *Non solum enim futura prædictis, quemadmodum alii Prophetæ, verum etiam tempus, quo eventura essent,* Gggg pra-

i Vide Hieron.
Prefat. in
Dan. & Theo-
doret. Prefat.
Comment. in
Daniel.
k Deut. 22. 1.

1. Macchab.
2. 59. 60.
Ananias, &
Azarias, &
Misaël creden-
tes liberati
sunt de flami-
na. Daniel
in sua simili-
citate libera-
tus est de ore
leounum.

prafinit. Et cūm ali Propheta calamitas predicerent, ideoque malam gratiam apud Reges & multitudinem vulgarem invenit; hic bonarum rerum Vates fuit, ut propter faustam ominationem quidem benevolentiam omnium sibi conciliaret; propter eventum verò certitudinem fidem sibi apud universum mortaliū genus compararet. Hanc de Daniele opinionem habebant veteres Judæi, à quibus non inter Prophetas tantum, sed & inter summos Prophetas locum tenebat.

In Perside versatus Daniel, ibi tandem diem clausit; neque enim utendum sibi censuit facultate ceteris Judeis à Cyro permisā, sed ad obitum usque longè amplissimis Reipublica muneribus gerendis occupatus, perpetuo favore pollebat Regum Chaldaeorum, Medorum, & Persianarum, in quos Imperium Babylonicum transiit. Saniorem vitā partem Susa traduxit, ubi & plurima sibi per vium objecta spectavit. Quo anno, & an Babylonie obierit, incertum. Affirmat Pseudo-Epiphanius de vita & morte Prophetarum; Benjamin, verò Tudelenus afferit (m), vidisse eū tumulum in Chuzestan, quā olim urbs Susa appellabatur, Metropolis Elamitica regionis. Spectari etiam suā aetate turrin in urbe Ecbatanis Metropoli Media, à Daniele, ut quidem cerebatur, aedificatam, Josephus Antiq. l. 10. c. ult. est author. Porro opus illud elegantissimum ac solidum post tot annorum excusum recente aedificatum primō spectantibus videbatur. Sepulchrum erat Regum Persianarum & Medorum, ejusque custodiæ Sacerdos è genere Hebraeorum destinatus erat. Ita Josephus.

Stilo utitur Daniel jejunio, languido, nec satis magnifico, ut genium & indolem vices suas in captivitate & exilio dolentis exhibere videatur. Verū granditate rerum stili humilitas abunde compensatur.

Inter opera Danielis nomine inscripta, alia quidem sine controversia eidem Authori tribuuntur; de alis verò diu disceptatum est. Quidquid Hebraicè & Chaldaicè ex illis scriptum supereft, nemine repugnante admittitur; qua autem Græcè tantum scripta supersunt, hæc non ab omnibus æquè probata sunt. Hebream maternam sibi linguam adhibuit, quamquam aetate adhuc puer in Chaldaea translatus, cum regionis lingua assuefisset nonnulla ex illa in suum Librum derivavit, maximè verba sibi alicuius referenda suscipiens, ut recitaturus editum Nabuchodonosoris (n), quod Chaldaicis literis mandatum fuisse constat; colloquium cum Magis à se factum, & Regibus Nabuchodonosore, Balthassare, & Dario Medo (o); qua omnia documentum sunt apertissimum de Scriptoris ingenuitate, quippe qui vel ipsa loquentium verba referre sanctè sibi suscepit. Cum verò historicum agit, facta referens non verba, & cūm vaticinia sua recitat, mero Hebraico uixit. Vide Danielēm 2. 4.

Versus 24. 25. &c. usque ad 90. capi-

n Daniel. 3. 98. 99. 100.
¶ 4. 1. 2. &
o Dan. 2. 4.
& seq. & 3.
& 5. & 6. &

Fulgs. ad Fer-
rand. Alcimus
Avit. Vienn.
ad Fuscianam
fororem. Vide
Natal. Alex.
Eccl. His. 1. 2.
p. 323.

tis tertii, sicut duo posteriora capita, Græcè tantum servantur. Nihil autem è lingua à Daniele scriptum constat; sed facile Hebraicis sive Caldaicis literis ab illo mandata, ab alio demum Græcè expressa sunt. Unde enim Gracum Theodotionis nostrā adhuc aetate servatum provenisset (p), si nullum unquam Originalē Hebreū extisset? Nostrā quidem etate Originalia illa intercederunt, quamquam olim suppeterent. Lusus verborum Gracis ejusdem Libri vocibus tantum expressus inter Schinos lentiscus, & Schisei, scindet (q), & inter Prior, ilex, & Prisei, secabit, versans(r), locum suspicione faciunt, num ex Hebreo Verlio adorata sit; neque enim Hebrais vocibus verborum lusus illi valerent. Sed hæc tanta non sunt, ut de toto Operæ ambigamus; prestat enim totam eam rem Interpreti depature, qui lusus altero lusu reddidit; nihil detrahens historię veritati, quam ut ex eo unico argumento de ea causa detersus judicetur. Historię quidem Susanna, Beli, & Draconis apud Josephum desiderantur, à quo facile omissas credimus, quid aliò quām Hebreo sermone expressa narratio in dubium à Judæis revocaretur. Porro ex S. Hieronymi (s), viri, si ullus alias unquam, hisce historiis parvū æqui, singulares Judæorum de illis opinione discimus. Alii enim duos illos senes tentatæ Susanna reos confundebant cum Sedecia & Achabo, quos Nabuchodonosor in tartagine frixit, ut Jeremias refert (t). Profectò quicunque cā opinione tenebantur, totam Susanam historiam admittebant, eo solo excepto, quod de seniorum suppliciis ibidem tradito legitur. Nolebant enim lapidibus confessos, sed ambustos obiisse; iisdem demandis non Judæos, sed Nabuchodonosorem tulisse sententiam. Iisdem rationibus duci reliqui Judæorum ferè omnes, totam historiam tanquam fabellam indignam, quæ in Synagoga legeretur, rejiciebant; ostendentes nunquam committi potuisse, ut in alieno solo captivi Judæi suos & Prophetas lapidibus impetrere ausi fuissent (u).

Inter veteres Christianos Scriptores de authoritate horum capitum, quæ Gracè tantum scripta supersunt, plurimum disceptatum est. Porphyrius, Christiani nominis osor, omnia hæc ad fabulas amandavit; sicut & universam Danielis prophetiam post factum procusam contendebat. Ejus calumniis sese opposentes Eusebius, Apollinaris & Metrodorus, Danielis quidem scripta vindicarunt; de ceteris verò, nempe historiā Susanna, Belis, & Draconis iudicarunt, non se debere responde re Porphyrio pro his, qua nullam sacra Scriptura autoritatem habeant, ait S. Hieronymus Praefat. in explan. Dan. Autem bant verò, hac omnia literis mandata fuisse operā Habacuc filii Jesu à Tribu Levi; Danielēm verò, de quo ibi, alterum planè esse à Propheta, quod ex inscriptione apud Septuaginta deducebant; est autem inscriptio ejusmodi: *Prophetia Abacum filii*

Jo-

Prolegomenon.

603

Jesu à Tribu Juda. Homo quidam erat Sacerdos nomine Daniel filius Abda, convivis Regis Babilonis. Verum Inscriptio illa in nostris Exemplaribus nuspia extat; nec sanè aliqui magnam meretur fidem, utpote deducta è Verione, olim Septuaginta nomen præferente, mendosā illa oppidò & fidei operis asserta (x), quam Ecclesia ante S. Hieronymum, penitus deseruerat, ut Verionem Theodotionis, quamquam aliqui Christiani nominis adversarii, adoptaret.

Julius Africanus in sua ad Origenem epistola apertissime Historis hisce refragatur, & S. Hieronymus Praef. in Dan. Apud Hebreos, inquit, nec Susanna habes historiam, nec hymnum trium puerorum, nec Beli, Draconisve fabulas. Verum ipse Hieronymus ejus dicti in invidiam à Rufino vocatus, respondit: Non enim quid ipse sensim, sed quid illi contra nos dicere soleant, explicavi (y). Et in Isai. 3. 1. [z], tradit de illis: *In toto orbe dispersi sunt; addens à Gracis omnibus, & Latinis, Syris pariter, & Ægyptis legi, probantque. Addit insuper, historiam Susanam in vulgatis Editionibus in ipso Danielis limine spectari, ubi à Theodotione, tanquam in proprio sibi loco (a), quippe quā tempore præcedit, constituta fuerat.*

Quod ad Julius Africanum spectat, Origenes scripta de hoc argumento epistolā, ejus objectiones ita confutavit, ut similiter veritatem historia Susanam afferret (b). Omnia verò, quæ ab illo contra eam historiam disputabantur, illam, & singulas consenū quodam, quæ in textu Hebraico desiderabantur, historias oppugnabant. Profectò si omnia, quorum nulum supereft Hebraicum exemplar, æquè rejicienda sunt; quis unquam liber à labore immunitus? Nonne tradit, & Ecclesiæ authoritas, quæ libros illos in canone recipit, satis habet momenti, ut suspensam ē de re mentem determinet? Hic sanè, si alijs unquam, locum habet illud Deut. 19. 14. *Non transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua.* Adversarii suum pone sequutus Origenes, nihil omittit eorum, quæ ab Africano contra capitum, & historiarum, de quibus agimus, veritatem objiciunt. His Origenis argumentis adjungi posunt testimonia Patrum Gracorum, & Latinorum omnis aetatis (c), ex illis sententias tanquam in reliquis Scripturis canonicis laudantium.

Inscriptio videtur Talmudista, Danielis scripta à Patribus magna Synagogæ post captivitatem Babyloniam in Canoneum Scripturarum cooptata fuisse, nec aliunde facile quām à Judæorum traditione S. Iudæus Orig. l. 6. cap. 2. didicisse potuit, scripta Danielis, & Ezechielis Synagogæ Patribus, à nonnullis deputari. Id autem afferendum sibi duebant, quod negarent

*d. Vide Hieron.
Praef. in Da-
niel.*